

.l.iiii. OMELIA IN FESTIVITATE SANCTI MICHAELIS ARCHANGELI .

[.j.] ANGELI GRECE vocantur . aebracie malaoth . latine
uero nuntii interpretantur . ab eo quod domini uolun
tatem populis nuntiant . Angelorum autem officii
nomen est . non naturae . Semper enim spiritus sunt . sed cum
mittuntur uocantur angeli . Quibus ideo pictores licen
tia pennas faciunt . ut celerem eorum in cuncta dis
cursum significant . Sicut et iuxta fabulas poetarum
uenti pennas habere dicuntur propter uelocitatem
scilicet . Unde et scriptura sacra dicit . qui ambulat
super pennas uentorum . Nouem autem esse ordines ange
lorum sacrae scripturae testantur . Id `est` angeli . archan
geli . throni . dominationes . uirtutes . principatus .
potestates . cherubin et seraphin . Quorum officiorum
uocabula cur ita dicta sunt . Interpretando exe
quimur . [.ij.] Angeli uocantur . propter quod de celis
ad adnuntiandum hominibus mittuntur . Angelus enim
grece . latine nuntius dicitur . Archangeli greca lingua .
summi nuntii interpraetantur . Qui enim parua uel
minima annuntiant . Angeli . qui uero summa .
archangeli noncupantur . Archangeli dicti . eo quod
primatum teneant inter angelos . Archon enim grece .
latine princeps interpretatur . Sunt enim duces et prin
cipes . sub quorum ordine unicuique angelorum officia
deputata sunt . Nam quia archangeli angelis presunt ;
Zacharias propheta testatur dicens . Ecce angelus dei
qui loquebatur in me egrediebatur . Et alias angelus
egrediebatur in occursum eius . et dixit ad eum . Curre
/125v/ loquere ad puerum istum dicens . absque muro habita

bitur hierusalem . Si enim in ipsis officia angelorum
nequaquam potestates superiores disponerent ; nullo
modo hoc quod homini diceret angelus ab angelo cog
nouisset . Quidam autem archangelorum priuatis nomini
bus appellantur . ut per uocabula ipsa in opere quid ualeant
designetur . Gabriel ebraice . in linguam nostram uerti
tur fortitudo dei . ubi est potentia diuina uel forti
tudo manifestabitur . Gabriel mittitur . unde et
eo tempore quo erat dominus nascitus et triumpha
turus de mundo . Gabriel uenit ad mariam . ut
ad illam adnuntiaret eum . Qui ad debellandum
aerias potestates humilis uenire dignatus est .
Michael interpretatur quis ut deus . Quando enim
aliquid in mundo mirae uirtutes fit hic archan
gelus mittitur . et ex ipso opere nomen eius est .
quia nemo potest facere . quod facere potest deus .
Raphael . interpretatur curatio uel medicina dei
[.iii.] Vbi cumque enim curandi uel medendi opus neces
sarium est hic archangelus a deo mittitur . Et inde
medicina dei uocatur . Unde et ad tobiam idem
archangelus misus . Oculi eius curationem adhi
buit . et caecitate detersa uisum restituit . Nomi
nis enim interpretatio . angeli officio designatur .
Uriel interpretatur ignis dei . sicut legimus appa
ruisse ignem in rubo . Legimus etiam ignem mis
sum desuper . et implesse quod preceptum est .
Throni autem et dominationes . et principatus . et po
/126r/ -testates . et uirtutes . quibus in uniuersam caelestem so
cietatem apostolus complectitur . ordines angelorum
et dignitates intelliguntur . et pro hac ipsa distributio
ne officiorum . alii throni . alii dominationes . alii prin

cipatus . alii potestates . dicuntur proceris dignita
tibus . quibus in unum distinguntur . [.v.] Uirtutes aN
gelica quidem misteria perhibentur . per quos signa
et mirabilia in mundo fiunt . propter uirtutes dicuntur .
Potestates sunt . quibus uirtutes aduersae subiecte sunt .
et unde potestatum nomine concupantur . quia
maligni spiritus eorum potestate coercentur . Ne tan
tum mundo noceant . quantum cupiunt . Princi
patus sunt hi qui angelorum agminibus praesunt .
qui pro eo quod subditos angelos ad explendum mi
nisterium diuinum disponunt . Principatus uoca
bulum acceperunt . Nam alii sunt qui iam minis
trant . alii qui assistunt . Sicut et per danielē dicitur .
Milia milium ministrabant ei . et decies milies cente
na milia adsistebant ei . [.vi.] Dominationes sunt hi .
qui etiam uirtutibus et principatibus praeminent .
qui pro eo quod caeteris angelorum agminibus do
minantur . dominationes uocantur . T̄h̄roni sunt .
agmina angelorum . qui latino eloquio sedes dicuntur .
et uocantur throni . quia illis conditor presidet .
et per eos iudicia sua disponit . Cherubim autem .
et ipsi sublimes caelorum potestates . et angelica mi
nisteria perhibentur . quia ex ebraico in linguam
nostra interpretantur scientiē multitudo . Sunt enim
/126v/ sublimiora angelorum agmina . pro eo quod uicinus positi
diuina scientia ceteris amplius pleni sunt . Cherubin
id est plenitudo scientiae appellantur . Ipsa sunt
duo illa animalia super propiā tūtorum arcae picta
ex metallo . propter significandam angelorum presentiam .
in quorum medio . ostenditur deus . Seraphim quoque
similiter multitudo angelorum . qui ex ebreo in latinum

ardentes uel incendentes interpretantur . Quid id
circo ardentes uocantur . quia inter eos et deum nul
li alii angeli consistunt . Et ideo quantum uicinius
coram eo consistunt . tanto magis claritate diuina
inflammantur . Vnde et ipsi uelant faciem . et pedes
sedentis in throno dei . Et idcirco cetera angelorum
turba uidere dei essentiam plene non ualent . quoniam
cherubin eam tegit . Haec igitur uocabula agmi
num angelorum . Ita sunt specialia ordinum singu`l'orum
ut tamen sint ex parte communia omnium . Nam dum
throni sedes dei in quorumdam angelorum ordines spe
cialiter designantur . tamen per psalmistam qui se
des super cherubin dicitur . Sed ideo isti ordines ange
lorum priuatis nominibus appellantur . Quia
hoc ipsum officium in proprio ordine plenius
acceperunt . Et cum sint omnia communia . proprie
tamen et nomina suis ordinibus deputantur . Uni
cuique enim sicut praedictum est propria officia sunt
iniuncta . quę pro meruisse eos in mundum constat
exordium . Nam quia angeli et locis et hominibus
pręsunt . per prophetam testatur angelus
/127r/ dicens . Princeps regni persarum resistit mihi .
Unde apparet nullum esse locum . cui angeli
non pręsint . Praesunt enim et ospitiis omnium operum .
Hic est ordo uel distinctio angelorum qui post lapsum
malorum . in caelesti uigore steterunt . Nam postquam
apostate angeli ceciderunt hi perseuerantia aeternę
beatitudinis solidati sunt . Unde et post caeli creatio
nem in principio repetitur . fiat firmamentum cęlum .
Nimirum ostendentes . quod post ruinam angelorum
malorum . hi qui permanerunt firmitatem aeternae

perseuerantiae consecuti sunt . Nullo iam lapsu auer-
-si nulla superbia cadentes . firmitatem in dei amore et con-
templationem habentes . Nihil aliud dulce habent .
nisi eum a quo creati sunt . Quod autem seraphin in
isaia leguntur . figuraliter ueteris et noui testamenti
significationem ostendunt . Quod uero faciem et pe-
des dei operiunt . quia preterita ante mundum et futura
post mundum ~~et futura~~ scire non possumus . sed media
tantum eorum testimonia contemplamur . Singuli
senas alas habent . quia de fabrica tantum mundi
que in sex diebus facta sunt . in presenti seculo nouimus .
Quod clamat ter sanctus alter ad alterum . trinitatis in
una diuinitate demonstrat ministerium . per infinita
secula seculorum . amen .